Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus disputatio - Cod. Ettenheim-Münster 336

[S.l.], [17. Jahrh.]

§ 2

urn:nbn:de:bsz:31-131792

Visual Library

obstant l. de eorum malo gaudent l. maledictionibus, contumeliis aut verbis iniuriosis afficiunt, q in suas domos eos recipere nolunt, nisi forte alibi ipsis provideant qui eos contemnunt, subsannant, irrident, despiciunt, alloquio duro torvo aspectu aut alio quovis modo affligunt et contristant.

§. 2.

De Obedientia filiorum ad Parentes.

Conclo 1. Tenentur filii parentibus obedire in omnibus iustis, licitis et honestis ad curam paternam parentibus. Probatur ex variis locis S. Script. maxime ad Ephes. 6. v. 1. Filii obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum est etc. Sunt autem potissimum tria ad curam paternam pertinentia in quibus filii tenentur obedire

1. In iis quae sunt de necessitate salutis et observantia mandatorum Dei, ut scil. pietatis rudimenta addiscant, certo tempore, Missas audiant etc.
2. In materia morum et honestatis ut, si parentes prohibeant aliquam conversationem inhonestam ingressum alicuius domus periculosae etc.
3. In iis quae pertinent ad familiae administrationem et disciplinam domesticam, ut scil. certo tempore domum redeant, ut non vagentur, ut in domes-

tius rebus non disponant, alienando, donando, pen-
dendo etc. ut in domum personas suspectas non admitt-
ant etc. et hinc sequitur

Conclusio 2. Omnis inobedientia, rebellio, contumacia
contra expressa mandata et praecepta parentum
est peccatum mortale, nisi materiae levitas aut indeliberatio
aut negligentia quaedam fragilitatis humanae excuset.
Probatur ex S. Script. Ad Rom. 1. Ubi inter peccata
mortalia quibus homo traditur in reprobum sensum ponitur
inobedientia ad parentes. item 2. Timoth. 3. inter gra-
vissima peccata quae in fine mundi erunt eadem
inobedientia computatur, ut in novissimis diebus etc.
erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, super-
bi, blasphemi, parentibus non obedientes, et idem
patet ex gravi supplicio quo filii inobedientes
plectebantur Deut. 21: Dixit contra expressa man-
data: nam agere tantum contra voluntatem et mo-
nita generalia non est speciale peccatum contra obedientiam
etsi aliquando saepe sic sit peccatum mortale. Si s. id
fiat contra expressam obedientiam duplex erit pecca-
tum. In electione v. status non tenentur filii obe-
dire parentibus excepto casu necessitatis parentum,
vel alia circumstantia quae redderet electionem gra-
vem. In contrahendo tamen matrimonio debent saltem pe-
tere consilium et consensum; unde si absque ea contra

rabile et iusta parentum voluntate nubant
pecato mortali sunt obnoxij, si iniuste cogant aut
geant; suadere aut dissuadere licet filios ad ur
aliquem statum contra propria volunte peuant et
ipsi parentes.

§. 3.tius

De Reverentia Filiorum ad Parentes.

Conclo 1. Tribus fere modis contra reverentiam
parentibus debitam peccari solet, verbis scil,
signo, et defectu. Explico: verbis irreveren-
tiam faciunt, qui dictioribus asperis inurbanis
inhonestis ipsibus aut iocis parentes l. praesen-
tes l. absentes excipiunt. Signo, qui subsan-
naonibus gesticulaonibus aut simulatis actibus illis
illudunt etc. Defectu qui illis iuxta patriae
morem non assurgunt, locum non cedunt, caput
non discooperiunt non salutant, non bene precantur
unde saepe

Conclo 2. Quicunque verbo, signo, l. defectu
parentibus gravem irreverentiam facit, peccat mortal.
Prior ex ipso praecepto Decalogi et varijs script.
locis, ut Exod. 21. v. 17. Prov. 20. v. 20. Quemadm
a. filij suas hunt obligaoes erga parentes ita
suas hunt parentes erga filios unde sit